

erandum Deum, ait ille, Peccare desine & bene fac. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris, inquit propheta. Elia: 43. Recognoſcet, quia peccalli, & ſi agnoſceris, initium correptionis factum eſt tibi. Noli dicere (ait Chryſ.) perii quia iam medicum habes ſatis fortiorem te, & potentioſorem, quam infirmitas tua eſt. Medicum habes, voluntatem tuam ſi uolueris, emendantem, & potentem, & cupientem. Cum enim nõ eſſes, fecit te. Et quia peruerſus effectus es, multũ magis te emendare poterit, qui te iuſtificauit, vt eſſes. Num factũ & nutritum poterit obliuiſci? Diſce vt Chananea noſtra, quia non obliuiſceat miſerere Deus. Non niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael, ſe miſum aſſerit, quoniam horum in perſona propria ipſe apoſtolus fuit, & tamen gentilem idolatram ſuſcepit. Canibus panem filiorum non eſſe dandum aſtruit, & tamen hanc, cui loquitur, nedum mictis, ſed panis abundantia ſatiatuit. Ait eſm, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Perit mulier filiam curari a domino, & non modo curat eam dominus, ſed ipſam conſtituit filie ſue medicam. Non dixit, ſanetur tibi filia tua, ſed fiat tibi ſicut vis q.d. ſecũdum Chryſoſt. Tu inquit eam cura, eſto medica, tibi committo medicamentum vt imponas curet. Fiat tibi ſicut vis, voluntas tua erit eam. Non iuſſit, non imperauit demoni vt exiret, ſed fiat tibi ſicut Vis. Voluit enim vt ipſa mater ſanaret filiam eius, demonemque fugaret. Nec ex auditionis dilatio, aut potentis oburgatio aliquid diuinæ detrabit miſericordie, quinimo magnificat magis dum & ipſe ad mulieris proſectum fuit & conſtantie fidei, ac virtutis eius declaratio manifeſta.

Et ne forte aliquid irremiſſibile eſſe in peccato tuo, aut peccatum quaſi naturale tibi relinqui non poſſe exiſtumes. Attende, quæ nam hæc eſt, quæ ante a domino noſcitur exaudita. Mulier eſt, & mulier Chananea. Mulier eſt ſecundum naturam illa uetus, (dicit Chry.) arma diaboli, quæ hominem de paradisi

ſo expulit, mater peccati, initium iniquitatis, præuariationis materia. Ipſa illa mulier, & Chananea gentilis idolatra, propter quod & canis a domino uocata, quia dediti fuere gentiles cultui idolatriæ, ſicut canes circa cadauera animalium defunctorum, dicit Lyra. in peccatis infidelitatis ſuæ nata, & ueriticia, legem ignorauit, prophetas non legit, nec miracula uidit, & inde confidenter egreditur peccatorum fines, & dominum imitatur. Mira res (ait Chryſoſt.) Cananea ſequitur, iudæi fugiunt, domeſtici derelinquunt, alienigena hæret. Non ergo (ait idem) naturalis malignitas eſt. Liberi quippe arbitrii nos creauit Deus, vt uoluntate noſtra cum adiutorio Dei, quod uolumus, faciamus. Ideo ſi publicanus es, potes fieri euangelista. Si blaſphemus es, potes fieri apoſtolus. Si latro es, poteris para diſi colonus effici. Si inuagus es, poteris dominum adorare. Nec uilla malitia eſt quæ penitentia non ſoluatur. Et ideo tanquam principia malignitatum elegit Chriſtus, vt nemo in finem ſemetipſum deſpiciat.

Ecce aperta eſt nobis ianuã uitz, porta miſericordie. Ingreſſa eſt ante nos Chananea, ſequamur eius veſtigia nos inueterati chriſtiani. Quid enim egit? Egreſſa eſt (inquit Marcus) de ſinibus illis Tyri ſi. & Sidonis. Bonum ſalutis principiu. Ita agamus & nos. Egrediamur non modo de Tyro, & Sidone, ſi peccatis, ſed de ſinibus Tyri, & Sidis. Egrediuntur multi de peccatis hoc ſacro tempore, cum bonis penitentiam ſimulantes, plangunt, ſilet conſitentur, ſatiſfactionem ſibi imponi poſtulant, & aſſumunt impoſitam, atque perſciant aſſumptam, ſed adhuc intra fines peccatorum commanentes, ipſos non derelinquunt. Vnde & ſe putantes in uiam ſalutis ingreſſos, ſeipſos illaqueant, & defraudant. Exeunt enim de peccatis, & non de ſinibus peccatorum qui hoc tempore quædam peccata relinquent, quædam ſibi reſeruant. Qui denique & ſi modo a ſingulis quantum ad exteriorẽ actum recedunt, in proſi

Nihil eſt irre-miſſibile in peccato probatur exẽ-plis.